



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Verbum Dei scriptum est in libro conscientiae, quasi primo libro. Cap. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Verbum Dei scriptum est in libro conscientia, quasi primo libro. Cap. IX.

Iste est liber primus, in quo Deus verbum suū scripsit: A
Nempe, mens & anima hominis: cuius qui documenta *Baruch 4.*
sciunt & faciunt, perueniunt ad vitam: Qui nesciunt, siue *1. Cor. 14.*
ignorant, ignorabuntur, quando dicetur eis: Nescio vos, *Mat. 7. 25*
& vlttricibus gehennæ incendijs deputabuntur.

*Verbum Dei scriptum est in corpore nostro dilu-
cissime. Cap. X.*

Verū, ne hic malitiosi excusationes in suis peccatis *A*
obtrudere possent, & dicere: Crassioris Mineruę su *Psal. 140.*
mus & carnales. In libro isto legere, & quæ agenda & quæ
vitanda sunt, cognoscere nō valemus: Ideo Deus, qui vult *1. Tim. 2.*
omnes homines saluos fieri, & ad agnitiōem sui nominis
peruenire, etiam huic scandalo medicatus est: Et legem su
am totam, omne voluntatis suæ beneplacitum, omnē item
paræneticam doctrinam sancti euangelij expresse, visibi-
liter & sensibiliter, impressit, insculpsit & scripsit in homi-
ne nostro exteriore, & in carnis mēbris nostris. Idq; ma- *Exod. 32.*
nifestius & clarius, quā olim decalogum in tabulis lapideis *Ex. 34.*
digite suo figurauit. Sed beatus qui intelligit: Sic homo *Ezech. 2.*
est liber vitæ, Liber legis & mandatorum Dei, scriptus in-
tus & foris, non atramento aut colore minio, sed digito
Dei viui. Ergo, cum quæris, quid me oportet facere vt sal- *Luc. 10.*
uus fiam? In promptu responsio est: Serua mandata, & quæ *Matt. 19.*
tibi Deus præcepit. Si quæris vltà: quæ sint illa? Respon- *Galat. 6.*
deo: Considera temetipsum. Nam cognitio vera sui, est ma-
xima sapientia salutis. Sunt enim multi scientia inflati: *1. Cor. 8.*
sciunt multa, & seipos ignorant. Quorum sapientia, tan-
to est à salute elongatior, quanto à propria cognitione re-
motior. Verū, quomodo Deus omnem euangelicam &
salutis doctrinam in nostro exteriore homine descripse-
rit,